



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

*Ad illm et rev.m dd. Carolum Emmanuelem Madrutium. Tridenti.
Episcopum principemq. Electum. Et episcopum Aureopolitanum
inauguratum. Seminarii Tridentini gratulatio, Trento, Giovanni
Alberti, 1626.*

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T o f 41

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/117>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

III copia.

^M AD ^M
ILL ET REV. DD.
CAROLVM
EMMANVELEM
MADRVTIUM.
TRIDENTI.
EPISCOPVM, PRINCIPEMQ.
ELECTVM.
ET EPISCOPVM AVREOPOLITANVM
INAUGVRATVM.
SEMINARII TRIDENTINI
GRATVLATIO.



TRIDENTI,
 Apud Ioannem Albertum Impressorem Epif-
 copalem. superiorum permissu Anno. M. DC. XXVI.

5





MO.

MO.

ILL. ET REV. DD. CAROLO
 EMMANVELI MADRVTIO TRI-
 DENTI EPISCOPO PRINCIPIOVE
 ELECTO, ET AVREOPOLITANO
 Episcopo inaugurato.
 FELICITATEM.



Qvod pijs votis à prepotenti
 Deo, summisque, ac quoti-
 dianis precibus deprecati
 sumus Ill. & Reuer. Pręsul,
 en tandem singulari Dei munificen-
 tia nobis maximo cum nostro gaudio
 donatum sentimus, nimirum te ad hu-
 ius Episcopatus apicem euectum, & ele-
 ctum, cuius ductu, ac felicissimis auspi-
 cijs, non solum huic Vrbi fausta om-
 nia, verum etiam nobis tui obseruan-
 tissimis filijs felicissima queque spera-
 mus

mus euentura, studiorumq; nostrorum
non parua futura incrementa; cuius
rei gratia vt aliquam tibi huiusce no-
stri exultantis animi significationem
exhiberemus; ex amenissimis Helico-
nis viretis flosculos nonnullos decer-
psimus, quos tibi tanquam virtutum
tuarum suauissimos spirantes odores
iure debitos, in lucē prodire sinimus;
Tu pro tua benignitate hilari fronte
accipito, munus licet leuidentense, nosq;
solito patrocinio fouere ne graueris.
Viue Phenix, vale felix.

Illust. & Reuer. Amplitudini tue.

Additissimi Filij Seminarij Tridentini Alumni.



MA.

IN AVSPICATISS.

^{MI}ILL ^{MI}ET R. CAROLI EM-
MANVELIS MADRVTHIAVREO.

POLITANI EPISCOPATVS IN-
auguratione.

ORATIO

PRAE gaudio exultanti, ac præ lætitia
gestienti mihi in primo orationis li-
mine cursū videtur retardare præstā-
tissimus ille politiorū litterarū Di-
ctator Demosthenes, cū tamquā ex
tripode protulit, adeò diligenti verba perpoliē-
da studio, vt Saltem ter venirent ad limā, Prius-
quam semel ad linguam; itaq; ne tanti viri, qui
veluti ardens flamma quædam, aut fax publica
eloquentiæ suæ nuncia e' Cælo delapsa, & in ter-
ras demissa artes omnes, omnes disciplinas illu-
stravit, vestigijs insistere diffiderem, cum vix
nonnolorū dierum temporis spatium consequi
potuc-

potuerim, quo vna vice saltē que sum dicturus
collimarē, vel prorogare, vel me non loqui de-
ceret: nihilo tamen minus, quia maiestas tua
Pontificia Illustrissime Præsul, & doctorū graui-
tas, & Religiosorū exquisita doctrina, atq; hic
clarissimorū virorū confessus, & Corona omnē
tacendi præripiunt facultatem; vnum hoc à vo-
bis petam, vt orationi meæ, quam communis
omnium præscripsit lætitia, cum Carolum Em-
manuelem adfuturū cognouit huic Tridentinæ
Urbi Episcopum, & Principem vestra ad sit be-
nevolentia, ne melius iubere posse, quam faue-
re videamini, & si me sublimia humiliter, ampla
tenuiter, illustria inordinatē tractantem audie-
ritis, excogitate, vos oro, & obtestor, Madru-
riarū laudum campum ad eò amænum, & immen-
sum esse, vt eum percurrere verborum ornatu dif-
ficilimū videatur: ipitos quosdā iccirco imitari
nō de dignabor artifices pingēdi, qui inscitie suæ
non ignari, & artificij omnino expertes, quoniā
ingenij sui partus minimè placere posse intelli-
gunt, eas sibi delineandas proponunt Heroum
imagines, quæ, licet in eis parum operis, minus
artis, nihil gratiæ noscatur, aut nature suæ præstā-
tia, vel dignitate dignum, ita tamen transeuntū
animos earū aspectu alliciant, & delectent, vt li-
bentissimè ad impensas gracilem manum porri-
gant, & aperiant: idem ego queq; præstabo nec
in

in re dissimili faciam; quam. n. vobis oratione
mea voluptatem asferre nō potero, eam asferam
argumento, quod quidem grauissimum require
ret oratorem, qui, & grauissimis sententijs, & co
pioso verborū apparatu, & amplissimis dicendi
cohonestaret figuris, & adagijs: ceterū si mor
tuis, vt ita dicam, coloribus tanti Principis eme
ritas laudes adumbravero, vnde vestra nō satis
faciam expectationi, Iuueni adhuc Tyroni ve
niam dabit; maior siquidem ingenij vbertas,
vberior verborū copia, copiosius dicendi genus
requireretur, quo animi nostri magna letitiam,
incredibile gaudium hodierna luce valerem de
monstrare, vestra mihi tamen, ornatissimi viri,
humanitas & benignitas singularis vim præstat,
atq; ille ipse aplitudinis tuæ splendor Princeps
sapientissime animi mei tenebris collucet, quo
non solum mentes hominum, verum etiam aer
ipse, tecta, templa delubra, aræ, foci, ac parietes
ipsi, nobilissimus hic Clerus, imprimis verò hoc
Alūnorū tuorū Seminariū sub Patrū nostrorū
ex cultū disciplina, totaq; Tridentina Ciuitas ad
tuas celebrandas laudes, tibiq; gratulandum
promouetur. Verum vnde potissimum prò huius
orationis meæ ingressu argumenta desumam?
forsā ex tritis Rethorū præceptis, quia. s. in sub
stitutum Pastorem cegnoscimus virum insignē,
sanguinis nobilitate, maiorumq; facinoribus
præ-

præstantem hæc solent esse fomites quidam, & incitabula ad bene operandum, omnesq; vitæ huius actiones cum virtute coniungendas, quibus Tridentini Ciues iure merito sperare debent huiusmodi Principem optimè Remp. administraturū; nā præclara nobilitas concitatur ab honestate, humilibus non delectatur, sordida non querit, prospera tentat, ad meliora semper animaduertit; aduersa contemnit, contumelias non recipit, nutritur labore, & ad ea omnia se accingit, quæ vitijs, prauisq; moribus cognoscit aduersaria.

Ad quid recenscam, Auditores, integerrimam Madrutia familiae nobilitatem, cum iam diu notum sit omnibus non leues gloriæ suæ plumas diuagantibus ventis honoris, & famæ explicuisse? quid est, quod quisquā, hoc tempore, aut Madrutia Prole dignum, aut vobis nouum, aut cuiquam inauditum afferre se posse confidat? nonne recognoscimus in hoc felicissimo Madrutiorum genere a sapientissimis viris præscripta nobilitatis ornamenta? nonne videmus fumosas maiorum imagines, quibus atria, & domestica domus adornantur? habemus maxima, quibus excitata hystoricorū disertæ liguræ sempiternis perpetrata reliquere monumentis insignia. Vbi que Madrutiorum effulgent coronæ Principatus, Paludamenta militaria, litterariæ gloriæ monumenta

nimenta, Regia coniugia, parta ex inimicis
trophæa, vbiq̃ purpura, & aurea Tyara, &
gloriosum Sagum, quæ singuli Heroes in do-
mesticum splendorem contulerunt. Vnum
vobis ob oculos ponite Christophornm Car-
dinalem Amplissimum, quem diuinis ornatum
virtutibus tota Curia Romana mirata est, cum
diuersa obeuntem munia proprijs intuita est
oculis, quibus honores, & glorias eximia in-
genij sui industria sibi comparauit. Quem
summi Pontifices, imprimis verò Pius felicis.
memoriæ Quartus, cum prudentissimum mo-
deratorem Legatum apud Picenos à latere
præesse voluit, hunc Paulus Tertius Sum-
mus Pontifex oratorio munere perfungentem
optimè nouit, cum vberima eloquentiæ suæ
facultate victus, & vinc̃tus illius cessit
voluntati, & quamplurimas armatorum mili-
tum copias, legionesque ex Italia tota, præ-
fertim verò ex fertilissimis Romandiolæ no-
stræ plagis additissimos inuictæ Martis virtuti
progredientibus viros, delectas contra Fidei
Christianæ nefarios hostes Imperium infe-
stantes proprijs stipendijs Carolo Imperatori
Quinto in Germaniã destinauit. Hunc poten-
tissimi totius Europæ, & Germaniæ Prîncipes,
Duces, & Marchiones magnificerunt, cum ex eo

B

tamquã

tamquam ex probatissimo fonte, grata, & dulcia monitorum hausere pocula, quibus rectam viuendi, regendiq; rationem haberent. Imperatorum ille Maximus Carolus Quintus ipsius industria maximis in rebus cognita, quanti eum faceret, illo tot aureorum donatio munere tamquam viuo teste comprobauit. Suspicite Ludouicū Cardinalem non minoris gloriæ, & virtutis, qui proximis, qui se euoluerunt, annis ex mortali hoc carcere ad amænissimos Elysiorum canipos euolantem fleuimus, ac pijs deprecationū formulis prosequuti summus, quem Oratio in Imperatoris Caroli habita funere eruditissimum celebrat, quem Legatio, qua Orator Franciscum Gallorum Regem illum strenuissimum Bellatorem conuenit, memoriæ comendat sempiternæ; quæ publica Synodus in hac florentissima vrbe pe-racta, & generalia Augustæ, Ratisbonæ, Præ-gæq; comitia egregiū prædicant, Romanæ Ecclesiæ defensorem. Sed florentem nunc Carolum Cardinalem splendidissimum, purpuratorū Sydus intueri vix audeo, nam dum in eum oculos conuerto, splendoris sui radijs, potius tenebris penè obduci videor, quam collustrari; cuius angustissimi Herois præclarissima acta, virtutum ornamenta, & gloriarum trophæa latissimum nosco mihi laudum aperire campū

in cuius umbilico tamquam labyrinthis videtur
implicari nexibus, vnde maxime vereor Cherilli
edoctus exemplo, ne minus ornem, quam col-
landem, quocirca sapientum eorum more, qui
maxima cupientes indicare, digitum ori admo-
uebant, silentio, contra omnium Rethorum
præcepta, ea amplificabo, quæ forsan nimia
verborum serie posse adumbrare, hoc tamen
proferre compellor, ad eò apud Ratisbonæ pò-
pulos ipsius coruscasse splendorem, cum à La-
tere Legatum probauere prudentissimum mō-
deratorem, vt ad huc quærissent absentem, &
deplorent non redeuntem. Quare ab inuictissi-
mo Hispaniarum Rege tanti viri probata vir-
tute, omnia negotia, quæ ad augustissimam
Austriacam Domum spectare videntur ipsius
traduntur prudentiæ pertratactanda, quibus in
rebus sedulitatem Scipionis, Aristidis iustitiam,
& Mitridatis Regis commonstrat constantiã,
ex quo apud omnes videre est Imperatorum
Regumq; præcipuas res in Madrutiorum esul-
gere Purpuris, & ipsis tamquam omnium vir-
tutum columnis inhærere; nihil tamen minus
id eò nobilius, & gloriosius in Carolo Cardi-
nali celebrari debet, quod inter tam multas, &
insignes faces, quibus nobilissimum Madrutio-
rum genus coruscat, vnus enitet in purpuris,
immò non iubar, vt ceteri à clarissimo Madru-
tiorum

liorum Sole emanatum, sed sol solis, & lumē
tuminis inter multos ampliori splendore sui po-
test admirationem excitare. Præteruolo, Au-
ditores tantorum virorum laudes; mitras, &
purpuras adhuc ostendi. Palladem, nūc in ge-
nerosissima Madrutiorum prole videbitis ar-
matam.

Reuocate primò memoriā Ioānis Friderici
Senatoris toga cōdecorati, qui in legationibus
obeundis apud Sabaudix Ducē, apud Gregoriū
decimū tertiuū se p̄buit eloquentissimū; & i ar-
morum tractatione versatissimū; nec hoc loco,
Auditores Ioānes Gaudētius, illud terribile belli
fulmen obliuioni videt demādād°, qui militiae
Præfēt° à Carolo Quinto delectus, ita se in Ty-
cini obsidione gessit, vt maxime fuerit apud om-
nes admirationi. Reticebo verò Aliprandum
strenuissimum militem, quem singulari pru-
dentia ornatum terris prædicandum fata dede-
re, Fortunatum, Gabrielem, Renatum, Fer-
dinandum, quos tamquam bellica Mattis ful-
gura licet inaugurare. O Felices Heroas Ma-
druos, qui nacti estis familiam, in qua ob om-
nium vestrorum gloriam, & optimam viuen-
di rationem stat maiestas illesa, Pietas efful-
get, Sanctitas triumphat, in qua sapientissi-
mi viri in totius Italiae Meditullio noti ad glo-
riam procreati ad æternitatem destinati, sa-
ctissi-

Attilissimas leges edocti per omnes aetates doctrina cōspicui, prudentia celebres constantissimē floruerunt. Hæc nobilitatis pignora, quamquàm maiori tibi sint ornamento, cum eò illustrior censeatur esse gloria, quò amplioribus est producta spatijs, quia tamen non hominum arbitrio, sed fortunæ inconstantia clariri videntur, illis relinquēda censeo, qui proprias non habentes, aliunde laudes emēdicant; ex te vno Humanissime Antistes tua mihi laus ducenda est, tu tuo splendore nites, vt potius sim cogitaturus, quæ ex fertilissima laudū tuaram Sylua sine vlla erroris nota præterire debeam, quam perscruter, quæ oratione mea exornare possim.

Artem illam, & Arcē vnā Principis prudentiam, quam ingenij tui industria, & sedulitate apprehensam veluti facem Romanorum more præmittere voluisti, commendabo. Testis mihi erit amplissimus iste nobilitate perillustriū virorū conuentus, qui ad maiore non minus huius diei confluit celebritatem, quā te Pientissimum Præsulem, Pastorem vigilantissimum, integerrimum Antistitem, munificentissimum Heroem, & super has omnes expectationes Prudentiæ tuæ pedissequas; prudentissimum Patronum, & Principē mira-

retur, Hanc viridis, æui adolescens, animo ve-
rò maturus, veluti exiguam scintillam, maxi-
mam inde facem conspiciendam demonstrasti;
cum primo mundi huius effugiebas blandimē-
ta, tantique venefici pocula papauere, & se-
famo sparsa refutabas, vnde ab omnibus cō-
spiciebaris, ac si præceptorem prudentissimū
illum habuisses Vlysem, qui in Italiam navi-
garurus enim ad portentosum, & exitiale Sy-
renum mare peruenisset, pavidus, & anxius,
ne earum cantus dulcedine ad somnum allice-
retur, ex quo certus sibi immineret interitus,
obduratis auribus ad cymbæ malum iussit se-
met alligari, & ita securus per dulcissimos
vocum concentus, per suauissimas aurium ti-
tillationes incolumis enauigauit. Noscebat
equidem solertissimus Princeps Carolus Em-
manuel se non ad Italas enauigare terras, sed
ad Beatorum portus, & ad felicissimum Di-
uorum Elysiū contendere, nec se transfata-
turum ignorabat per scopulos, & breuia, per
falebras, & voragines, per humanarum vo-
luptatum incitamenta, à quibus effugere diffi-
cillimum arbitrabatur, ni Vlysis armatus ani-
mi moderatrice prudentia mellitis verbis, &
fucatis rationibus ad tutissimum Madrutiarum
virtutum, & diuinæ legis malū alligatus Lacer-

mo ve-
maxi-
stratis
indimē-
& se-
bus cō-
uicissimū
n nau-
iale Sy-
anxius,
allice-
teritus,
sistit se-
issimos
rium ti-
oscebat
s Em-
as, sed
m Di-
fnata-
t, per
m vo-
e diffi-
us ani-
is, &
tiarum
Laer-
tia

tia animi constantia aures præclusisset. Præ-
teruecta igitur hac Scyllæ, & Charybdis Syr-
te, non minùs pietatis, quàm litterarum stu-
dium acquisitioni, nam Auorum suorum Im-
mortalis famæ tropheis excitatus, animi cen-
suit demissi esse, si iuuentutis suæ florem o-
tium turpiter desineret torpere. Ad celeberrima igitur Perusię se contulit Gymnasia, ubi,
vel à sapientissimis musarum amatoribus ad vi-
tæ efformationem perdiscuntur documēta, vel
de grauissimis rebus, & humana cōsultitur bea-
titate. Vbi omnium scientiarum candor ma-
xima, & incolarum, & studentium laude in
dies reflorescit, ubi tamquam in ditissimo
Emporio totius orbis terrarum publicæ haben-
tur nundinæ, in quibus non fragilium rerum
merces, non orientales emuntur lapilli, sed
ad sanctissimas animi dotes acquirēdas religio-
sissima mortales mercantur documēta: In his for-
tunatissimū Præsidiē, & Præstitē nostrū Caro-
lū Emmanuelē orientibus lapillis pretiosiores gē-
mas cōspicimus cōparasse, quib⁹ omnibus exorna-
tus maximo omnium applausu Doctoris laurea cō-
decorat⁹ est, hīc veluti Togatorū Alpha, scientiarū
Thesaur⁹, eruditionis abyssus, doctor. Tytā vna
omnium voce in nobiliss. Perusinorū Ciuium numerū
adscriptus est, & adoptatus. Dicerem, si tua mo-
destia pateretur te vnum Perusinae urbis decus,

& ornamentum extirrisse, verum modestissimis
illis auribus ignosco, quæ suarum laudum præ-
conia grauius ferunt, quàm gloriosissimè aucu-
pentur. Pretiosissimam nunc libeat benè au-
spicatæ dignitati tuæ præeuntem gemmam, pru-
dentiam videlicet contemplari, quam præ cæ-
teris in te vno iam nouimus ad eò effulgere,
vt non è scholis accersita, sed de Cælo profe-
cta videatur; hæc sibi Regium inter mora-
les adsciscit Principatum; non tantum ingenij
virtus est, verum etiam iustitiæ magistra, qua
in consilij deliberatione futuri temporis habe-
tur prospicientia, cuius assecla pietas, vt cæ-
teras reticeam virtutes, quas tamquam Regi-
na in sinu fouet, munificentissimum reddit Ca-
rolum Emmanuelem; vnde si Romani laudan-
dum credidere Metellum, quod è Vestaliæ de
maxima vi ignis flagrante per medias flammâs
Palladiû substraxerit, quippe qui mallebat pie-
tatem sine vita, quam vitam sine pietate: at
fictitia, & vmbra, seu potius adulterina il-
lis fuit hæc pietas, quò magis laudandam cre-
demus in Carolo nostro Pietatem; cum instar
Promethei facem hanc è Cælo rapuerit ac-
censam, qua homines cæno vitiorum con-
cretos collustrat, & informat, immò verò
tamquam perennis fons, qui per argenteos
aquæ riuols, dum herbas, & varios flo-

resalit, vriticam irrigat, ac quemcumq; è via si-
cientem admittit; neminem excludit, qui gra-
tiarum suarum non fruatur irrigatione: quas
admirabiles animi dotes admiratus Carolus
Cardinalis amplissimus ita gaudio vehementer
exultat, læticia effusè perfūditur, triumpho am-
plè exilit, vt dignitati suæ, te iufficiendum,
& substituendum curauerit, Tibi igitur gratu-
lamur, Quòd Gregorius xv., Inuictissimus Im-
perator Ferdinādus, Sereniss. Archidux Leopoldus,
sacer nobiliss. Baronū perillustriū Canonico-
rū Cōuentus, ac Tridētini Ciues tuis eximijs,
ac præclarissimis concitati virtutibus, & im-
pulsim in hanc celsissimam dignitatis, atq; hono-
ris sedem te vnanimiter euexere, vbi in rebus
omnibus pertractandis singularem prudentiam
tuam poteris commonstrare, & Paren-
tum tuorum insignibus rebus gestis tantum
luminis asferre, vt quæ vix illustriora fieri
posse credebantur ab hac tua Imperij huius
administratione multum accipiant splendoris,
& dignitatis. Non minus tibi, inquam,
gratulamur Præstantissime Mæcenas, quam
nobis ipsis, qui te modo inauguratum con-
spicimus Episcopam Aureopolitanum. Vnde
si libet, libeat quæso augurari perpetuam
felicitatem, qua Urbem hanc fortunatiss-
imus Aureopolis creatus Pastor Spectata
multis,

multis, magnisque in rebus sedulitate sua auream
efficiet. Fabulosa Poetarum turba quattuor
mundi huius ex varijs hominum moribus fin-
xit etates, quarum pro morum qualitate, &
metallorum nominibus primam auream, hinc
argenteam, inde aeneam, postremo ferream,
nuncupavit vivere prisca illi aureae etatis viri
tanta morum integritate, ut moderator suus fi-
ctitius tamen Saturnus quaeque commoda, &
omnium rerum, absque vilo labore ipsis suppe-
ditaret incrementa: aderat ubique summa laeti-
tia, procul aberat leuissima quaeque mensura.

*Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,
Flauaque de viridi stillabant illice mella.*

extincto sed Saturno, argentea subsequuta est
aetas, quam à summo Ioue varijs distincta tem-
porum vicibus aenea, & ferrea subsequuta sunt,
quibus deprauati hominum mores in nefaria ir-
rupere crimina, honestissimum amittere pudor-
em, fidei iura impudentissima fronte fran-
gere non erubuerunt; hinc bella, hinc sedi-
tiones, hinc rixae, hinc sanguineae hominum
interneciones, hinc odij immixtae emanarunt
fraudes, quibus omnibus durior, & infelix
præ-

præsentis videtur esse temporis huius nouissi-
ma ætas, hanc verò munificentissimus Præ-
sul noster perpetuè demandabit obliuioni, pri-
mamque introducet non mediocri ipsius glo-
ria, & Tridentinorum Ciuium vtilitate auream
illam ætatem, qua omnes illecti non vt Præsidi-
dem in vrbe, sed vt optimum parentem colent
& venerabuntur, ac veluti alterum Agatoclem
Lacedæmoniorum Regem, qui non alijs præ-
cesse, sed prodesse studebat, quique sua præsi-
dia, nõ in militũ armatorũ cohortibus, sed in
beneuolentia collocabat, amoris, non im perij
obseruabunt amantissimum. Vrs illa Roma-
na tot Ducum virtute gloriosa, tot tropheis e-
lata, Consulum moderatione felix rerum sua-
rum cursum perbeatum fore est arbitrata, cum
Titum Vespasianum ad Imperij pertra-
ctandas habenas cognouit idoneum; Iuue-
nem enim mirabatur modestissimum, militem
strenuum, & industrium, ac præter ætatem
eximijs animi, & corporis dotibus exornatum;
vnde suscepta Imperij gubernatione orbis ter-
rarum delicia, & amor immortalis cum ipsius
honore est appellatus. Si vllò vnquam
tẽpore Tridentina hæc Ciuitas ob delectũ Princi-
pẽ gauisa est, siue hoc Seminariũ ob Præsulũ, &
Religiosorũ Antistitũ electionẽ animi sui lætitiã
oitẽdit, hoc quidẽ, quo Carolũ Emauelẽ Carolo

Cardi-

Cardinali vidit Pastorem, & Principem substitutum, & si tantum fuit Romanorum gaudium, quòd à Deo Optimo Maximo Titum Vespasianum sibi datum crederent; qua maiori nobis triumphandum est lætitia, qui Illustrissimū Præsulē nostrū huic Vrbi diuinitus ituemur concessū, cuius prudentiā sumus experti, modestiam p̄bauimus, prouidentiā sensimus, iustitiā nouimus, cuius p̄bitas pater, religio uiget, pietas dominatur, moderatio in ore oīum versatur, ac virtutes omnes mirabiliter innotuerunt, cuius sub Imperio iure optimo sperare debemus Tridentinam Urbem fore felicissimam; & si verū est, vt verissimum esse cogimur affirmare, quod à sapientissimo Platone litteris proditum legimus, Respublicas, & Ciuitates illas perbeatas, ac felices iudicandas, ad quarum Regimina Principes Philosophorum præceptis exornati, vel studiorum desiderio flagrantes, vel singulari prudentia celebres euocarentur; cum tales viri omnia acuratè considerent, præterita recordentur, præsentia singulari quadam cernant sedulitate, & futura diligentissimè coniecetentur: Profectò nobis Auditores, lætissima se se obtulere præsentiu rerū tēpora; cū Carolū Emauelē, i quo verè virtutis simulacrū ituemur insculptū, & recòdita Philosophorum præ-

præcepta, maximeque prudentiæ ornamēta, ve-
lut in proprio admiramur triumphare ampli-
theatro, publicæ religionis, rerumque publica-
rum Principem conspicimus presentem, con-
spectu delectamur, delectatione gaudemus, gau-
dio speramus, in spe certi sumus hanc Tri-
dentinam Urbem, hoc Seminarium, nosque
omnes illius auxilio fore felicissimos, ac maio-
ra in dies virtutū acquisituros documēta; Quo-
tusquisque igitur inuestiget optimi Principis
Illustrissimos splendores, quos non emendica-
tis, sed naturalibus delineet colorū pigmentis;
exprimat Egregius Apelles Macedonem ful-
mina iactantem, quod ego cum Lysippo in pé-
nicillorum tractatione Præclarissimo viro, re-
lictæ horroris fulminumque diuinitate, summo
Ioui, ipsius sceptrum nostro porrigam Prin-
cipi, quo, & vrbis Tridentinæ regimen augu-
stissimè suscipiat, & Seminarij huius patroci-
nium non aspernetur, ac nos tandem orationi
finem imponentes, non autē gratulationi, ma-
ximeque lætitiæ protectionis suæ alis defendat,
& tucatur.

DIXI.



DE

Illūstrissimo, & Reuerendissimo
CAROLO EMMANVELI

MADRVTIO TRIDENTI

Episcopo Principiq; Electo, & Episcopo
Aureopolitano inaugurato Patrono
suo Colendissimo Perpetua obseruantia

Ergo

P P. SS.

Peru n iuu nis S lym Am th re
e iens e o as a ius a es
Ingr d Pra sul n fir M drut ed
Orn mpf us m ner fac De
at re a pi u e ra o
Lustr et o l min nost su
i pra cl r ar i vn vt req e
Ced t e a e Don amm aus e u
a Al x nd r um n ai hab nd m

u e t ner qu it g ma m g
N n da mu a is d a e gna a is
re le fat se d e di s e



D E

MO
ILL. ET REV. CAROLO
EMANVELE MADRVTIO
CVM PRIMVM.

Illustrissimo, & Reuerendissimo CAROLO
Cardinali MADRVTIO in Episcopatu,
Principatuq; Trident. sussectus est.
Sylua.



*Orte Athesis, dum bella fremunt horentia
Martis
Germana cum gente, serox Mansfeldius
hostis
Austriadum, Diuumq; simul, quae nuper
ab Orco.*

*Anguibus Eumenidum, & male sano percitus Oestro
Exciuit, patrio sacras indixerat aras
More tibi Neptune parens dignate Tridentis
Nomine de trifidi pulchrum vocitare Tridentum;
Littoribus quò bella suis, pestemq; famemq.
Bellorum socias, & quas violentia Martis
Secum ferre solet clades, auertere tandem
Iam libeat, populi, & rerum miserate suarum.
Dum.*

Dumq. sacri vaga pompa Deo, tauriq; parantur,
Ornanturq; Arae, fertisque recentibus halant,
Naiades undarum Dominas per opaca vagantes
Tetras, metuque cauis habitantes semper in antris
Imperat acciri: Neptuno liba parenti
Carminibus patrijs, festisque ferenda choreis
Iam fore; cum sub to volucris velocior Euro
Antra Athesis quacunq; vagus pernicibus alis
Perlustrat Rumor; sacri vulgatq; futuri
Solemnes de more dapes, Nymphasque latentes
Euocat, & magni indicit mandata parentis.
Nec mora, preceptis Nympharum plurimus ordo
Paret amans, liquidique venit Genitoris ad ora.

Compitaiamq; Urbis frondentibus undique ramis,
Diuorum & varijs ornata floribus edes
Spirabant gratum, niuea cum veste Sacerdos
Nigrantem taurum Nymphis spectantibus una,
Atq; Athesi undarum sacra ad delubra Parentis
Maclat ouans, iugulo roseum mittitq; cruorem,
Imponitque aris veteris carchesia Bacchi
Exta superfundens; ardent altaria fibris
Impositis, & thure calent, petit aethera nidor
Acceptus Diuis; supplex deum vota, precesque
Neptunum ter voce vocans effundit, & orans
Talia proci duo repetebat poplite verba.
Urbis si qua tua tangit pia cura Tridenti
Alme parens animum, clades ab perspicue nostras,
Exitij miserere sui, miserere laborum;

Aspice

1. *Pice* ut immenso telorum turbine iam iam
Obruar, & nimio bellorum pondere pressa
Undique discruciet, solita ni protinus aura
Dexter ades misera flagrantia vota secundans,
Ægra fame pereo. Viden ut pallentia torpent
Membra, diu nequeuntq. famem perferre malignam.
Vix hæc ediderat, subito cum Rector aquarum
Cæruleis subuectus equis è gurgite Ponti
Visus adesse hilaris vultu, pia vota, precesque
Audiit, at Nymphas pallenti lumine postquam,
Incomptisque comis vidit, sic fatus amanter
Compellat varia stupefactus imagine rerum;
Quid tueor Nymphæ? mæror quis corda fatigat,
Crimibus ut passis nostris assistere sacris,
Incomptasque iuuet? formosæ sydera frontis
Nunc ubi collucent? rosei decus oris, & illa
Labe carens species? fuluo coma gratior auro
Cur ita neglectum nullo discrimine tergus,
Perque humeros sine lege vagans diuerberat auras?
Dicite iam tandem, num quæ conuitia vestræ
Aut fame, aut formæ quocunque illata fuerit?
Credite, ter Stygiæ testor per stagna paludis
Nymphæ, si qua fides Diuis, non vester inultus
Læsus honos unquam fuerit, cum sanguine pœnas
Quisquis erit, dabit ille mihi, sin Diuus is esset,
Attamen ulciscar, rursusque nouata Gigantum
Sentiet in superos fera prælia Iuppiter omnes.
Dixerat Oceanus: verba intermissa resumunt

Naiades, & mēsis retulere hęc vocibus Olli.
Nullis lesus honos, nostrę nec gloria famę
Contemerata fuit, nostrę sed noscere luctus
Quando tibi causas animo sententia perstat,
Huc ades, atq; animos nobis aduerte benignos
Aureus Ætherei bis iam duodena peregit
Signa Poli Phæbus, nostras cum CAROLVS vnda
Romulidum septem linguens penetrauit ad arces,
CAROLVS Aomidum decus inmortale sororum.
CAROLVS vnus amor populi, & spes vna Tridenti
Orbis delicia, nostrę noua gloria sæcli,
Solamen Viduis, Pupillis mite leuamen,
Pauperis auxilium, decus & splendorq; Potentum,
Cuius in excessu nostrę quoq; maxima cordis
Pars abiit, nec adhuc optati redditur oris
Regia Maieestas; nobis hęc causa doloris
Flebilis, hęc luctus sola est; non bella, nec hostes
Vsq; adeo, nec dira fames præcordia figunt
Nostrę, velut grato dilecti Principis ore
Jam dudum caruisse piget; Tu si qua tuarum
Nympharum pia cura parens tibi pectora tangit,
Nobis redde Patrem, populo iam redde Ducemq;
Et sua pauperibus, Viduisq; leuamina mastis;
Tñ Pater Oceanus præfari plura volentes
Deuētuit Nymphas; celerem Tritona sonanti
Equora mulcentem concha, ventosque fugantem
Imperat acciri, fridente citatior Austro
Affuit extemplo, tales cui pectore voces
Tum prior effudit Pelagi regnator auari.

Vade age; rumpe moras liquidi quæ Tybridis unda
Septenas inter refluxens dilabitur arcus,
Atq; isthac Tybri referes mandata tumentis;
Hactenus aspectus Carli tua littora felix
Principis illustrans placido satis ore bearit,
Tu modo littoribus rosei concede Tridenti
Luminis obtutum, atq; Athesis solatia Nymphis
Redde iterum, mora nulla, vagi sic equoris urget
Jussa verenda Dei, factoque hic sine quieuit.
At celer incumbit Pelago, ludensq; per undas
Et cauda, & manibus diuerberat equora Triton:
Iamq; propinquabat Latiali Tybridis Virbi
Semifer, inspirat conchæ cum murmure fluctus
Vndiq; & ingenti resonant caua littora bombo;
Forte sub umbrato residebat Corniger antro
Tybris arundinea præcinctus tempora fronde,
Plurima quem circum ducebat turba Choreas
Nympharum viridi crines redimita corona
Illustres recinens aurato pectine honores
MADRYTIOS, quos lata sibi gratantur ab alto
Effluxisse Polo dominantis membra Romæ.
Ast ubi squamigerum tumidi adspexere fugaces
Naiades Oceani Monstrum, latuere sub antro
Una omnes subito gelida formidine pectus
Compressæ, patriam chari genitoris opemque
Implorant pauide, placidis quas vocibus ille
Solatus trepidam disiecit pectore curam,
Tum sic ceruleum alloquitur Tritona, quid alto

Huc

Hūc ueheris Nerei intepres? quę nuntia letis
Hūc adfers admixta iocis? grati si nuntius oris
Aduenis, effari liceat, si infausta reportas
Aut sileas, rabidiue petas tua littora rursus
Æquoris; hæc recolit solum festiua voluptas
Littora, nil triste hūc, quod dulcia gaudia turbet
Nympharum ingreditur, licet, hac sed lege, loquare:
Tristia, seu iucunda adsint quę nuntio Tybri,
Haud scio, sed fuerint certè quacunque, faceßas
Est opus, aquoreis aliter arcebere lymphis,
Exuperansque tuos spumanti gurgite colles
Inuolues, iterumque ruet tua Roma sub undas,
Ergo animis aduerte lubens, quę Rector aquarum
Urgeat Imperio; reducem sibi reddier optat,
Et iubet Heroem generoso è sanguine cretum
MADRUTIO, cuius leges, & iura Tridentum,
Et dulce Imperium recipit, mora nulla, faceße
Iussa Dei: hunc rursus repetes, moderamina mundi
Cum dabis euecto Celsi ad penetralia Cæli
VRBANO, qui rite tuis nunc præsidet oris.
Vix ea fatus erat lacrymis cum lætus obortis
Nympharum auditur, cæli ferit Æthera clamor,
Curuaque flebilibus responsant littora dictis.
Has tamen, ut patrio Tybris soletur amore,
Detergatque oculis lacrymas, & lumina fletu
Soluat, & undarum Domini mandata sequatur,
Multa diu secum tristi cum corde volutans
In partes rapitur varias, perque omnia versat

Ipsæ

*Ipse animum, tandem potior sententia sedet
Hac sibi, Pistrigerum tum sic Tritona profatur,
Vade age, Neptuno referes & talia regi:
Austriadum mandata ferens, rebusq; gerendis
Imperij assessor Romanas Carolus arces
Deseruisse nequit, residet nunc CAROLUS alter
EMMANUEL ex fratre nepos, huic scepra Tridenti
Deferat, & tali rebus succurrat egenis
Principis; sic Diuum interpres, qui fulmine terras
Terret, & Augustus, mundi qui flectit habenas
Imperat, illorum hac sit pro ratione voluntas.
Tum celer irriguas Athesis penetravit ad undas
Hadriaci vada salsa secans Neptunia Ponti
Progenies squamosa ferens gratissima Nymphis
Nuncia, Pontificis Neptuno iussa superni
Lacior exponit: felici Rector aquarum
Successu exultat, subito solemnia Nymphis
Imperat edici, latum Peana canente s
Tunc hilares celebrare choros, festinaeque dulci
Ingeminare sono, modulanti & carmina plectro
Naiades audite, & manibus per mutua nexis
In girum lepidas ad cantum agitare choreas,
Et iuuat hos iterare modos, quos littora grato
Sepius ingeminant resonantia murmure circum.
Quisquis fò, ter dicat Iò, ter voce triumphet,
Aurea Madrutio renouantur Principe secla.
Tunc Athesis vitrea residens in margine ripe*

Talibus alloquitur Nymphas: Cæli indulgētia quādo
Largior arrisit votis, vestrę quoque gaudia Mentis
Principe pro tanto testari munere saltem
Exiguo libeat; sacrum Diadema nitenti
Ipse ego confingam ex auro, vos figite gemmas
Quęque suas, animi signantes munera dij,
Assensere omnes, constari mandat Et auro
Obrizo Mitram, Scytico dum litore Nymphę
Forte legunt varias, Regum donaria, gemmas.
Quisquis Iō.

Aurea iamque Athests venerandę insignia frontis,
Attulerat Diadema sacrum, quod carmine fausto
Associans, tali placidus te voce salutat.
Salve magna Deum soboles dignissime Princeps
Auspicijs exorte bonis, melioribus urbi
At donate meę, meritis cape debita dudum,
Serta tibi ex auro, quo non pretiosius ullum
Æra inter renitet, quęuis gravitate metalla
Ut pretio superat, reliquisque nitentius ardet;
Haud secus ipse alios morum gravitate resurgens,
Et vitę splendore bonę, pretioque sagacis
Ingenij, Et dię præcellis lumine mentis
Quisquis Io.

Tunc hilaris viridi crines redimita corolla
Prima Thalia apici rubrum fixisse thiare
Sardonichen tali signatum grammate gaudet.
Concolor hæc Apici, Rubraque simillima terrę
Gemma datur, folio quamuis spectandus in aureo
Altius excellas reliquis, tamen usque creatum

*Sis memor è terra, & terra post funera tandem
Te fore reddendum, sola hæc te cura remordens
Non quæcunque voles, sed quæ sine consona recto,
Et versare animis dabit, & committere factis
Quisquis Id.*

*Næra oculos, & pulchra genas, & flava capillos
Dein Clymene accessit, celebres cui cura canendo
Reddere mortales, variumque Topazion addens
Hos tibi festiuo cecinit modulamine cantus.
Dono tibi varios referentem luminis ignes,
CAROLE, gemmarum decus immortale Topazum,
Hæc varias animi dotes, signatque beatas
Omnigenæ virtutis opes, quibus auctus ab astris
Iam primum vitæ cum te Lucina sub auras
Eludit, & nostris arrisit lætior undis.*

Quisquis Jo.

*Dulce canens Liligæa humeris demissa capillos,
Et niueos ornata sinus viridante Smaragdo,
Hunc sibi dempsit ouans, Mitramque insignij auream
Lucida dulcisono demulcens Æthera cantu;
Aspice, ut hæc radijs oblectet lumina puris
Gemma virens, recreetque aciem, mi CAROLE, visus,
Et bene sperandi certissima symbola monstret:
Dulcius at nostros oblectat CAROLE ocellos
Aspectus pius iste tuus, recreatque iacentes
Usque animos, sibi læta fore, & felicia quando
Omnia nobiscum sperat te Principe quisquis.*

Quisquis Jo.

Hinc Aretusa placens roseo pulcherrima vultu
Puniceis velata comas, & tempora fertis,
Cui media de fronte cadens Amethystus honorem
Addebat capiti, proprio viduata decore
Malluit esse, tui magis ut radiaret amictus
Aureus hic capitis, tali quem carmine dono
Obtulit, hanc violis, & tintam murice gemmam
Sobrietatis amans, sobrię cape symbola mentis
CAROLE, cui violis fucatum leta Tridenti
Urbs modo, Roma dabit saturatum murice pepulum.
Quisquis Id.

Gloria Semideum cunctis gratissima Clio,
Heroas quam ferre iuuat super Æthera cantu,
Candidulos succincta sinus flammante Pyropo,
Aureolas redimita comas incendia vultu
Undique commiscens, nostras velut altera Phœbe
Luce serenabat terras, diadema sacratum
Talibus exornans dictis, & munere, cum te
Prociduo venerata genu est; cape symbola amoris
Diuini, Pater Alme, tuum quo seruere pectus
Assolet usque, faces cuius iacularis in omnes,
Nulli parcus opum, patrij sed prodigus auri,
Nulli nulla negas, quin non poscentibus offers.
Quisquis Id.

Hypotamo subuicta cito tranabat aquarum
Multiuagos Athesis fluctus, cum littore tandem
Institit optato regalia munera dextra
Cydippe gestans solidum, inuictumque adamantia

Letior

Latior affigens sacrae quem fronte Thiaræ
Talibus ora modis soluit; Fortissime Præsul,
Inuictique animi, solide cape munera mentis
Argumenta tuæ, nullis quæ casibus unquam
Fortuna cessit, varios quin fortior ictus
Illius edomuit, nulla ceu incude, vel igne
Edomitus, quæuis adamas domat ipse metalla
Quisquis Id.

Xantho ponè subit, roseo cui purpura vultu
Grata natans dulces animis afflabat amores,
Lactea cui ceruix Siculo decoratur Achate,
Olim quæ dederat pretiosa monilia Pyrrhus.
Hæc tibi dulce canens sacrum Diadema coronat:
Accipe Musarum, Phæbique sacraria Achatem,
Quas non Pyrgoteles, rerum natura sed ultrò
Celauit, varias veluti quoque Palladis artes,
Musarumque inuenta animo, Phæbique labores
Largior inferuit, quæ tu tamen arte magistra
Sedulus climas, radijs quo clarius orbi
Fulgeat effusis tecum tua CAROLE virtus
Quisquis Id.

Phillodoce insequitur crines redimita corolla
Frondebis è varijs, castum cui pectus honestat
Aerius punctis variatus mille Saphyrus
Auratis, quem Nympha tibi dum CAROLE dono
Detulit, hæc hilaris roseo superaddidit ore.
CAROLE caste animo, niueis castissime membris
Vera pudicitie referentem dona Saphyrum

Accipe,

Accipe, gestantes assuetum reddere castos,
Hac tibi candorem diuini pectoris auctum
Reddet, & in niuea firmabit mente pudorem.

Quisquis Id.

Detopeia, genis vernant cui candida pulchris
Lilia mixta rosis aures, onerata tenellas
Affuit ingenti Baccharum pondere, in aurem
Et festina sibi geminam detraxit ab aure,
Tum sic alloquitur fastu tumefacta superbo.
Non quas Indus habet, nec quas fert diues Hidaspes,
Aut ruber Oceanus vilissima munera Ponti,
Dona fero, Princeps, puro sed ab Æthere gemmas,
Quas tibi conchylijs cœlesti Iuppiter unxit
Rore, tuos valeas concordia pace fouere,
Vnanimemque diu felix moderarier urbem,

Quisquis Id.

Lucida iamque Athesis tranarat flumina virgo,
Nomina cui lactis compingit candor, & ora
Pingit, candidula rutilum Galathea gerebat
Chrysolitum festiua manu, Diadema sacrumque
Talibus exornans insit; viden aurea Presul
Gemma velut niueam maiori lumine frontem
Illustret, Sophia certissima symbola dia,
Ab Ioue que puerum cœlo demissa superno
Blanda sinu fouit, proprio teque ubere panit,
Inde ubi vernarunt tenera lanugine male,
Omnia te docuit Nature arcana parentis,
Scitaque Pontificum, latijque enigmata Iuris.

Quis-

Quisquis Id.

Cynamneas redimita comas, & tempora vernis
Callianira rosis pallentem detulit Indu
Littore ab Oceani Berillum munere Præful
Læta tibi, gratumque canens Diademate fixit.
Quam bene sacratis iuuat impalescere chartis,
Nocturnaue manu veterum, & versare diurna
Arte laboratos libros, quo pallor oberrat
Ore tibi pulcher Tyrio pretiosior Ostro:
Tam bene pallidula Præful micat Infula gemma,
Pallorem quæ quando suum, si Phæbus Apollo
Vera canit, iam iamque tuum mutabit in Ostrum
Quisquis Id.

Aurea Sidonijs deuicta nouissima conchis
Doris iter demensa maris per cæcula longum,
Nympharum stipata choro, cui colla rubescunt
Lactea Corralijs sinuata, & pectora pulsant,
Affuit insignem gestans, & læta corollam
Corralijs textam cecinit tua carmine fata
Præscia venturi. Gentis generosa propago
MADRVTIÆ Princeps, quod cernis ab aquore vulsit,
Et tibi contextum viridi de frutice sertum,
Quod simul exemptum liquidis de fluctibus Æthram
Conspicit, arcana subito ratione rubescit,
Hoc tibi fata canit melius sperare iubetque
Affore tempus, aquis nostris cum exemptus amictum
Puniceum, quo CARLE vires, ut murice fucet
Largior Ausonio Latij clementia Cæli.

Quisquis

Quisquis Id.
Vix bene dixerat, plausu cum leta repente
Concana festiuo sonuerunt littora circum,
Nympharum percussa modis, & murmure dextra,
Quarum alia viridi praeincta tempora lauro
Aut terram quatunt pedibus, ducuntque choreas.
Ast alia calamos gaudent inflare loquaces,
Aut dulces niueo percurrere pollice nervos,
Et sua percussis subiungere carmina chordis.
Tunc etiam vitreas pisces natitare per undas
Cernere erat, liquidisque hilares extollere lymphis
Sepe caput, varios edentes gurgite lusus.
Aetheris & volucres latis discurrere campis
Vidisses varijs mulcentes cantibus auras,
Et tibi fatidico praedicere gutturo faustum
Doridis augurium, cunctas quas inter Achantis
Purpureum demissa caput tibi verticis Ostrum
Sepius ostentans grato modulamine lusit
Hoc tibi festiuum Phebeo Numine carmen.
Quod mihi purpureum praecingit tempora sertum
Dono tibi Princeps, capiti nam purpura quadrat
Ista tuo melius, & sa est sine murice Achantis
Hinc subito, risere omnes, omenque Deorum
Excepere hilares, & Calo Iuppiter alto
Intonuit leuam, preclaro fulgure rata
Omnia testatus; viridi se protinus antro
Cum Nymphis Athesis festum solemne daturus
Abdidit, huic leto festina Volupia gressu

*Et comes, & Dulces Ritus, Fastusque superbi,
Pompaeque concordi Charitum comitata corona.
At vos interea Cryptis succedere quando
Haud licet arcanis, sacrisque interfore Diuum:
Plaudite Iò mecum, cupidis ter plaudite votis,
Quis quis Iò, ter dicat Iò, ter voce triumphet,
Aurea Madrutij reuocatur fascibus atas.*

Io Bonomus accinebat.



Ad

Ad Eundem.

Duodecim Herculis Labores.

Allegoricè.

Tot Emblematicis expressi.

Leo Nemeæus.

*Tergoris inuicti, haud ferro penetrabilis ullo
Hic Leo Sceptringe bellua sua Deo
Dum fugit, Herculeæ fatali robore dextre
Concidit, & diro dente momordit humum.
Egregium sanè est, rabidæ ferus impetus ira
Sapius at domitus, CAROLE, maius adest.*

Ludouici Boschetti à Paho.

Hydra Lernæa.

*Nititur incaßum cristas septemplex Hydre
Herculis omnipotens ense secare manus.
Namque nouo fetu rediuiua repullulat vsq;
Quòque magis teritur, fortior inde redit.
At ne vana foret validi violentia ferri,
Flammiuoma exussit colla resecta face.*

Haud

*Haud secus Inscitiam vitiorum Carle parentem
Fecundam ingenij proteris ipse face.*

Francisci Vaitellini de Sardania

3

Aper Erymanthæus.

*Immundum, deforme animal, cui plurima ventris
Inglunies; Veneris nullus inestque modus.
Omnia deuastans Erymanthi prata virentis,
En iacet indomiti tertia præda Ducis.
Clarius at multò est proterui CAROLE se nŕŕus
Illecebras forti perdomuisse animo.*

Hleronymi Marini Mariensis.

4

Ceruus Aetipes.

*Aurea gestantem trepidum dum cornua ceruum
Inŕequitur Volucri per inga senta pede.
Quid notat Herculæus filii sub cortice sudor?
Anne auri cupidum dixeris esse Deum?
Abŕit; at intrepide ŕignes ŕpreuisse timores.
Edocuit fortis pectus inermè Viri.
Hinc nullo trepidare metu fortissime Præŕul
Conŕueŕŕi, ut ŕcleris nullius ipŕereus.*

Antonij Bernardi de Calauino.

Aurs

5
Aues Stymphalides.

*Aspice virgineo veluti sedissima vultu
Obuelent auida corpora Ditis Aues;
Unguibus obscenis, rostro rigidoque rapaces
Omnia conspurent, omnia diripiant.
Quas dum forte fugat Mundo Tyrintibus Heros,
Edocuit sordes spernere auaritia.
At quis opum melius, quam tu contemptor, & auri,
Qui tibi nil seruas, omnia das miseris*

Io. Baptistæ Coradini de Vigulo Basil.

6
Hyppolite Amazonum Regina.

*Vicèrat Heroum fortissima pectora quondam
Nō minus atque armis, fronte, genis, oculis
Hyppolite, at postquam nisu temeraria vano
Herculeas ausa est Marte cedere manus.
Concidit infelix, proprio discinctaq. baltheo
Detulit iniucto sexta trophæa Duci,
Non minor at tua præfulget victoria, amores
Illecebrasque terens Carole femineas.*

Barth. Campi Vallis Solis.

Augiæ

7
Angiæ stabuli Purgatio.

Mille quod haud quaquam purgasset braccia regis
Angiæ stabulum, mundat id arte Deus.
Nam loca deductis Alphei gurgitis undis
Desuper, immundum diluit inde finum.
Parua sed hæc Presul, facinus nam CAROLE maius
Est sordes animi tergere ritu sui.

Ant. Calvi Vermilientis.

8
Taurus naribus ignem efflans.

Cornu petam rapidos efflantem naribus ignes,
Gnoscia quo quondam palluit ora metu
Sternit humi ludans, totam discrimine Cretam
Eripit, atque hostem cogit abire procul.
Ficta sed hæc forsân, à te mage vera Tridentum
Sperat, ut hinc abigas noxia quæque sibi.

Pauli Sancti Roboretani.

D

Diome-

9
Diomedes cum suis Equis Victus

*Semineces apponit equis dum perfidus artus
Hospitum, & humano sanguine pascit eos.
Impia pertasus scelerati facta Tyranni
Alcides, iussit morte piare nefas.
Discerptum & proprijs, gratissima pabula, Regem
Fecit equis, pœnas quò daret ille pares.
Barbariem sed enim immanem, & fera pectora lingue
Demulcere virum viribus, & Sophia.
CAROLE sat multò-reputatur honestius, & te
Istud Semideis inserit, atque Deis.*

Francisci Sellę Leuigienfis.

10

Geryon tricorpor superatus.

*Tergemini quid adhuc miraris pectora Iberi
Unius Alcide succubuisse manu?
Unius innumeras potius mixere cateruas
Presulis ad nutus, arbitriumque regi.*

Ant. Bernardi de Calauino.

Poma

Poma aurea Hesperidum Hortis Dracone
occiso ablata.

*Aurea ab Hesperidum referens Tyrintius Hortis
Poma Deus vigili rapta Dracone domum,
Munere pacatum crudelem Euristhea tanto
Reddidit, arumnis imposuitque modum.
Ficta sed hac valeant; CARLVS felicibus urbi
Afferet auspicijs aurea secla sua.*

Io. Baptistę Corradini de Vigulo Basil.

12
Cerberus.

*Thesea magnanimus Stygio rapturus ab Orco
Captivum Alcides Tartara dura subit,
Cerberon & vinculis vincitum, licet ore trifaucem,
Terrificum, immanem perdomuisse ferunt.
Mira equidē: Humani generis sed CARLE triformē
Dum teris ipse Hostem, nobiliora patras.*

Barth. Salamonij Auiensis.

Aliud
Triumphante Augusto tres Soles apparent.

Inuictus populi plausu, magnoque Triumpho
Dum subit Augustus templa superba Jouis.
Talia ut et cælum melius Spectacula spectet
Occurrit triplici lumine Phæbus ouans.
At vero nouus ingreditur dum templa Sacerdos
CAROLVS, atque nouas auget honore comas.
Clarius ut tanti videat solemnia plausus
Quis se oculis Argum non velit esse suis?

Io. Bonomi Tridentini.

Aliud
Orpheus.

ORPHÆIS animata modis concordia vocum
Proxima dum suaui carmine queque ferit,
Adflunt cautes, labentia flumina sistunt,
Mollior aura silet, tristis Hyæna stupet.
Ab videat, que vita regit te consona morum
Gens titulis nuper Præsul adauctâ tuis.
Adfluat, sistat, sileat, stupeatque Parentis
Moribus, imperio, voce regenda sui.

Ludouici Boschetti à Paho.

Aliud

Aliud Hedera.

Seminarium Loquitur.

Quam ramis Hederam implicitis adrepere cernis,
Vicinam alterius dum sibi querit opem,
Ardua vel murgæ superet fastigia turris,
Si quo conatur surgere, surgat apex.
Auxilijs stud sa tuis se tollit ad auras
Pubes, EMMANUEL, teque vigente viget.
Nunc vero dum maior adhuc tua gloria surgit,
Se quoque maiorem dum putat, illa canit.

Francisci Vaitellini de Sardanea.

Ad eundem.

Epigrammata.

1

Qualis ab Ætherea discussis nubibus Aula
Gratior auro Phebus in axe micat.
Talis deposito radiabas CAROLE pullo
Syrmate, puniceis gratior in violis,
Gratior at multo, sacro cum Purpura peplo,
Que modo dira latet, fiet aperta magis

Hieronymi Marini Muriensis.

D 3

Acci-

Aspice ut è violis paulatim Purpura vernis
Scintillet paruis subuerecunda notis.
Latius omen habe, Violis nam tecta latere
Hac nequit, ut cineri viua fauilla diu,
Largior erumpet patrijs virtutibus audax
Facta magis, Violas inficietque Rosis.

Ant. Calui Vermilicnsis.

Olim pinxit Auus nigro tibi syrma colore,
Ad maiora tibi quò foret illud iter,
Mollibus en tingit Violis vrbs alma Tridenti,
Dum tibi dat niuea scepra tenenda manu
Hoc superest Tyrio tingat nunc Murice Roma,
Vt proavis, atavis, assimileris auis.

Pauli Sancti Roboretani.

Dum magnos iterat turba cum carmine plausus,
Præfuls extollant ut noua scepra sui.
Excitus ad cantus Athefts, caput extulit vndis
Moxque Tridentinas sic rogat ore Deas.

Quid

*Quid statis Nymphe? toties iam munere nobis
Iunctum, iungendum rursus adite Tybrim;
Dicite quanta meo virtus in prasule fulget,
Ut cui dat Violas, non neget ille rosas.*

Francisci Selle Leuigienfis.

5

Tridentum loquitur.

*Quid Cælo sacram pergis vexare cohortem
Impia quæ diro gens Phlegetonte furis?
Nil agis, insanum misces vesana timorem,
Dum nos se tutos CAROLVS esse iubet,
Me vel in Diti addictas iam fulminet oras,
Impia quæ diro gens Acheronte furis?*

Barth. Campi Vallis Solis.

6

*Dum Patruo EMMANVEL subiit, rexitq; Tridentū,
Alcidem Atlanti tunc subiisse putes.
At nunc dum solus fulcit noua pondera Templi,
Qui fuit Alcides, iam quoque Atlas erit.*

Barth. Salamoni Auiensis.

D 4

Allu-

7
Alluditur ad nomen Aureopolis.

Turbavi referunt timidum palloribus Aurum,
Cogitur audaces dum timuisse manus;
Aurea tu vero, tamen Urbs palle, impia palle,
Conscia nam CARLO Præsule, quin metuas?

Io. Bonomi Tridentini.

Quidquid Rex Phrygius tangit (mirabile dictu)
Aurum Protheo vertitur ingenio;
Hoc tamen indulto votum mox spreuerat idem,
Aurum dum cupido vana, dapesque rapit.
Dammare certe veteres, Urbs aurea, gazas,
Si qualem pateris, noueris esuriem.
Diua Tridentinus, que diues munera Præsul
Impertire potest, appete, diues eris.

Ludouici Boschetti à Paho.

Insedit miseram serpens Acheruntius urbem,
Aurea cui diues nomina gazæ dedit.

Hanc

Hanc Pater Ausonius MADRUTI destinat auffs.
Hanc CARLI immunem viribus esse velit.
Auriferis Egles. vigilans pro fructibus angue
Dicitur Aleidis procubuisse manu.
Qui Draco tam ditem iniustus sibi vendicat urbem,
O CARLI stratus vique, manque ruat.

Hieron. Marini Muricensis.

10

Ne sibi diuitibus placeat Pactolus arenis,
Ne caras nimium sacritet Hermus opes.
Et Tagus auriferas compefcat mitior undas,
Et tacito Ganges littore voluat aquas.
Ditior exurgit gemmisque, auroque superbus,
Et reliquas Athesis anteit vnus opes,
Aurea iã CARLO vrbs Athesim sub Presule ditat,
Illos priscorum sed leuis aura beat.

Ant. Calui Vermilienfis

Rex

11
Rex ubi Pactolo Phrygius se lauit in amne,
Auriferas annis voluere cepit aquas:
Quo contra CARLI sacundo flumine Pytho,
Et quas celesti pectore promit opes,
Has sibi si melior tandem occupet, aurea quondam
Nomine quæ fuit Vrbs, aurea re fuerit.

Pauli Sancti Roboretani.

12
Auricomo qua ditescit pretiosa metallo,
Dicitur Inferna Sylua dicata Dea.
Aurea quæ gaudet præstanti Vrbs nomine, eglæ
O te Regine, Præsidi, sacra foret.

Ant. Bernardi de Calauino

Ad

Ad Eundem.

Anagrammata.

CAROLVS EMMANVEL MADRVTVS

Anagramma.

AN CARVM COR MELIVS LAVDES?

*Dum Proavos, & opes CARLI, dum Musa clientes
Enumeras, quis te dicere magna noget?*

*At si commendes pietatem in Prasule, LAUDES
AN MELIVS CARVM COR Dei amore flagrans?*

Francisci Selle, Leuigienfis,

CAROLVS EMMANVEL MADRVCIVS

Anagramma.

UNICVVS ORE DAS AVRVM, MELLA

*Aurea numne tuis Prasul, facundia labris
Exeat, & Pylio dulcior ore fluat.*

*Incertus si heres, nec tanta modestia mentis
Te tua sincerè munera nosse sinit.*

Aspice

*Aspice quid Musa effatur; DAS VNICVS AVRVM,
Et MELLAeloquij dulcia ab ORE refers.*

Io. Bapt. Coradini de Vigulo Basil.

CAROLVS EMMANVEL MADRVTVS

Anagramma.

GAROLVS EMMANVEL MADRVTVS ANTISTES
AN CARVM GOR MELIUS LAVDES

Anagramma.

STES; AN CAROS DVCIT AVREVS ILLE MANV?

*STES, quæsi, & nostri obserues Antistibitis artes,
AN DVCIT CAROS AVREVS ILLE MANV?*

Francisci Vaitellini de Sardanea.

CAROLVS EMMANVEL MADRVTVS

Ad Eundem.

Ode I.

*Rexerat Maia genitus parente
Arua Lyceum per amena ouile:
Emonis Pastor pavidus Apollo
Duxerat agnas.
Tu gregem Christi potior regendo,
Tu Tridentinam moderando gentem,*

Que

Quæ sibi vitam Superum ministrent

Pascua monstras.

Fida te quamuis pecori tuendo

Sæc Canum circum, vigilansque turba,

Deseris nunquam tamen ipse caulas,

Optime Pastor.

Hinc procul fures properent rapaces,

Hinc Lupi fauces rabie cruenti,

Quæque tot fundunt Stygiæ Paludes,

Monstra recedant.

Argus hic astas, rapidas tuendo

Quæ dolos Tygres pecori minantur,

Hercules adstas, nece funerando

Dira parantes

Sic diu præsis, CAROLVM Parentem

Insubrum, gestis CAROLE amulatus;

Æmula cunctis votis tibi nuncupatis

Templa reponant.

O' tuis iunctam titulis, subesse

Legibus gentem libeat Tonanti,

Nulla vix tanti fuerit beata

Muneris auctu.

Laurentij Cittadini.

Ode

Ode 1.

Diffita quę natio cęlo, terrisque remota
 Ausonij's agitat;
 Quę dispar cultu Diuum, quę moribus impar,
 Impietate riget.
 Quę Themidis spernit leges, quę damnat honestum,
 Tigribus horridior
 MDRVTI accedit titulis, quem prona Tridenti
 Turba salutat, amat.
 Aurea cui puro pietas in pectore fulgens
 Cęlica dona nutrit
 Quem Sophiæ ditat studium, cęlestia nosse
 Cui superi dederunt;
 Cui probitas morum, iusto cui pondere lances,
 Iuraque sacra placent;
 Proh superi; quis nectit tam discordia nodo
 Gordius implicito?
 Quis tenebras luci, quis copulat infima summis,
 Syderibusque solum.
 Ah video: vllius si mores barbara gentis
 Vincere salta queant.
 Hęc CARLI vincet probitas, virtusque triumpho
 Efferet egregio.
 Puniceasque illi violas tali pro munere mutet
 Martia Roma rosis.

Io. Baptistę Cittadini.

Ad Eundem.

Epigramma.

Lusimus hæc pueri, pueros ne sperne canentes,
Est etiam in pueris quod placuisse potest.
Vera canunt pueri, fucò nil tingere norunt,
Est illis simplex linguaque, corque simul.
Ergo age, si qua tibi nostra cecinere Camæna,
Sint licet hæc meritis inferiora tuis
Accipe fronte hilari, paruis dignarier altum est,
Tenuia sunt, fatcor, carmina, vera tamen.

Hieronimi Cittadini.

M E N D A E M E N D A

Primus numerus paginam, secundus annuit versiculum.

5	27	cegnoscimus	cognoscimus
6	14	hunc	hinc
8	11	qui	quem
11	17	pertratactanda	pertractanda
10	1	Madruliorum	Madrutiorum
10	2	tuminis	luminis
10	2	mulros	multos
10	16	maxinte	maximæ
10	21	Mattis	Martis
10	24	vestrorum	vestrum
12	18	tenas	terras
13	25	Doctor.	Doctorum
13	26	nobilifs.	nobilissimum
14	28	riuuls	riuulos
16	4	et	à
26	2	huc adfersadmixta	adfers mixta
28	1	talibus alloquitur	alloquitur
28	2	Largior arrisit votis	dele votis

M
ILL
C
EM
T
EPISCO
ET EPISCO
SEMIN


Apud Ioann
copatca. st

opia
DD.

MQ.
NVM
INI



Epif-
CVL



Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
Brown
Black

KODAK Color Control Patches
©Eastman Kodak Company, 1977



Inches
Centimetres
1 2 3 4 5 6 7 8
1 2 3 4 5 6 7 8
19